Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis
Memento verbi tui servo tuo: Vau
in quo mihi spem dedisti. Hec me
consolata est in humilitate mea: quia e
loquium tuum vivificavit me. Superbi in
quos agebant usquequaque: a lege autem tua
non declinavi. Memento iudicorum tuorum
a seculo domine: et consolatus sum. Defec
tio tenuit me: pro peccatoribus derelinquen
tibus legem tuam. Cantabiles mihi erant
iustificationes tue: in loco peregrinationis
mee. Memento nominis tui domine:
et custodivi legem tuam. Hec facta est mi
hi: quia iustificationes tuas exquisivi.
℣ Ego dixi domine miserere mei. Sana animam
meam quia peccavi tibi. Dominus dicit ad vi. a.